



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Sermones: Petri Hieremie Panormitani ex Sicilia: F.  
co[n]uent[us] ordinis Predicatoru[m] bononiensiu[m]:  
tam preclari q[uam] omnigene eruditio[n]is refertissimi.  
omnibusq[ue] euangelica documenta ...**

**Petrus <de Hieremia>**

**[Augsburg], 1514**

**VD16 P 1883**

De s[an]cto corpore christi. ser. xcj.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70359)

decem verba forme baptismalis. **D**ic illa. et notat in hoc nomine innocentia: in qua sunt decem littere. **S**ed et naucula est penitentia virtualis. **V**irtualis dico: quia multis causis potest homo penitere: sed una tantum est virtuosa. Potest enim homo penitere propter penam peccatorum fame. Aut propter timorem mortis etc. Sicut mulier adultera vel fur: qui ducit ad furcas: sed non est virtuosa: nisi propter offensam dei etc. ps. Tibi soli peccaui etc. De hac nauis potest intelligi illud. Sap. xiiij. Transeunt mare pro pace liberati sunt. **H**ora. Per pacem, id est penitentiam que est necessaria: alias dicit christus. Luc. xiiij. Nisi penitentiam egeritis omnes simul peribitis. Per penitentiam vero remittuntur peccata a deo: et hoc remissio est de qua habet figuratiue in euangelio illo: de quo sumptum est thema posticum in sanatione leprosi. Penitentia ergo est nauis per quam transiret in ciuitate superna. **D**at. iij. Penitentiam agite: appropinquabit enim regnum celorum. **H**uius etiam nauicule sunt decem remi. id est decem opera penitentia que vide in sermo. vbi supra. que decem remi notant in hoc nomine Penitentia in quo sunt decem littere. **T**ercia est obedientia generalis. **I**deo dico generalis. quia Qui totam legem seruauerit offendit autem in vno: factus est omnium reus. **J**aco. ij. Et habet decem remos. id est decem mandata decalogi. **D**ic illa: que etiam notatur in hoc nomine. **O**bedientia: in qua sunt decem littere. De hac nauis loquitur. **D**at. viij. Ascendente Iesu in nauiculas: secuti sunt eum discipuli eius. **N**ota in nauiculam. **S**ubdientie: quia ipse christus fuit ita obediens patri: quod potius voluit perdere vitam quam obedientiam. **P**hil. ij. Factus est obediens usque ad mortem: mortem autem crucis. **N**ota. **S**ecuti sunt eum discipuli eius. sed per veram obedientiam. specialiter religiosi: qui non solum mandatis: sed etiam consilijs ad que et professione obligantur. sed tenent christum. **Q**uarta nauicula est sufferentia martyrialis. **E**t habet decem remos. id est decem opera: que sunt decem tentationes quas patitur martyr: quas vide et notant in hoc nomine. **S**ufferentia cum vno scripto etc. De hac nauicula potest intelligi illud. **D**at. viij. **D**ortus magnus factus est in

mare: ita ut nauicula operiret fluctibus. **E**t hoc dicit propter magnos fluctus tentationum et tribulationum: quas martyres patiuntur: de quibus tamen liberati a deo. **I**deo dicit de eis. **I**sti sunt qui venerunt ex magna tribulatione: et lauerunt stolam suam in sanguine agni. **A**po. viij. Per hanc ergo nauiculam beatus **P**lacidus transiit mare huius mundi vel mortis: et venit in ciuitate sua. id est vite eterne. **D**ic historia etc.

**I**n festo corporis christi: vbi agitur de mysterijs missae. **S**ermo. xci.

**D**e facite in

meam commemoratione. j. **C**o. xij. **P**ro fundamento sermonis qui est de corpore christi oritur theologia calis questio.

**Q**ueritur vtrum virtute sacramenti sit corpus christi sub qualibet parte hostie consecrate. **A**rguitur quod non. partes corporis christi distincte sunt et ordinate: sed si omnes essent simul sub qualibet parte hostie essent inordinate et confuse. **E**rgo corpus christi non est totum sub qualibet parte hostie. **I**n oppositum arguitur. ait **I**nnoctentius de officio missae parte. ij. c. ij. **R**eos salua fidei malestare: quod vbi panis est consecratus sub tota specie: **T**otum corpus existit: sic enim miraculose totum corpus singulis partibus continetur. **E**t parum post sequitur: quoniam in quocumque partis species diuidatur sub singulis partibus totus est christus. **A**it etiam **A**mbrosius et habetur de consecra. distin. ij. in hostia consecrata est tota deitas vere illud corpus quod sumptum est de virgine: quod passum est: quod sepultum est: re surrexit: et ascendit in celum: et sederet ad dexteram patris: cuius virtute pagere possumus viam huius vite: et expedire: et exire de manibus inimicorum ad celestem patriam. **M**odo hostia comprehendit omnes partes eius. ergo virtute sacramenti sub qualibet parte hostie est corpus christi. **E**t sic questio manet pro vtraque parte dubia.

## In festo corporis christi

Ad questionem respondendum est fm Ri/ chat dum de media villa: super. iij. sentē. distincti. r. articu. vj. q. j. q. corpus christi totum est sub qualibet parte hostie. si em pars et non totum esset sub parte: sequeretur q. corpus christi cōmensuraretur hostie. Conterentum enim cuius vna pars est sub vna parte cōtinentis: et alie partes sub alijs partibus: cōmensurantur continenti. Corpus autem christi spēi cōmensuratur: nec et his dictis sequitur. corpus christi in sacramento contineri ab infinitis q. quia quamuis cōtinuum sit diuisibile in partes sine fine tantum: cum sint in continuo nō habent actualem distinctionem inter se. nec sunt actu plura: sed vnum. vnde non dicim? animā esse infinitis in actu: quamuis sit in qualibet parte corporis tota. Concludendum igitur: q. virtute sacramenti est corpus christi sub qualibet parte hostie. q. patet: quia corpus est ibi p. hoc q. panis transubstantiat in ipsum: sed quelibet pars panis est panis: ergo post transubstantiationē sub qualibet parte speciei est corpus totum. Ad argumentum dicitur q. partes corporis christi habent esse distinctum: et ordinatum in suo toto: sed non per cōparationem ad speciem continentem. vnde ex hoc non sequitur q. partes corporis christi sint inordinare et cōfusse. de quo corpore fit sermo. Juxta verba preassumpta. et sic de alijs. In presentia habeo predicare de quadā materia multum deuota et inuistata scz d. vita domini nostri Iesu christi: quomodo tota est figurata et representata in missa ex triginta operibus principalibus que fiunt in missa figurantibus. xxx. opera vite christi principalia: quia omnia opera que christus fecit in vita sua non possunt comprehendi sub certo et determinato numero. Auctoritas sunt et alia multa que fecit Iesus: que si scribantur per singula: nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros Ioan. vlti. Ideo non intelligatis q. velim dicere omnia secreta misse que sunt infinita: vt atomi in radio solis: sed dicaz opera principalia que christus fecit in hoc mundo pro nostra redemptione: que vt dixi sunt triginta opera. ¶ Primum opus christi quod fecit pro nostra redemptione

est sua sacratissima incarnatio: quādo uoluit de celo descendere: et secrete uerū uirginis intrare: et uellem humanitatis induere. ps. Descender sicut pluuia i uellus etc. Et licet persona filij sola fuerit iduta: tamē omnes tres persone fuerunt induētes scz pater: et spiritus sanctus: sed filius fuit induens et inductus. Istud opus mirabile figuratur expressatur in missa sollemniter celebrata: quando prelati/papa/uel episcopus descendens a suo palatio intrat sacristiam: et secrete induitur a tribus: scz a se: diacono: et subdiacono: sicut christus intrauit sacristiam uerū uirginalis qui est papa et sacerdos in eternum fm ordinem. Delectis/ dech. Qualis sacristia et quot sanctas reliquias continet: in hac fuit christus indutus. Hodo cōtemplamini hic modicum quando sacerdos debet missam celebrare induitur septem uestimentis secrete. Primum est superpelliciū. Secundū amictus. Tertium alba. Quartus cingulū. Quintum manipulum. Sextum stola. Septimum casula. Ista significant septem uirtutes. i. uirtutes/ uel dona christi. De quibus Esa. xj. Egredietur uirga de radice Jesse et flos de radice eius ascendet: et requiescit super eum spiritus domini/ spiritus sapientie et intellectus/ spiritus consilij. et fortis. spiritus scientie et pietatis. et reple eum spiritus domini. Ite de eisdē Esa. liij. Apprehēderūt septem mulieres uirū unū: id est septē uirtutes spiritus sancti uirū/ a uirtute uirtuosū scz christi: ergo hoc facite i meā cōmemoratioē. ¶ Sedm opus fuit quando uoluit nasci de uero uirginali et exire in hunc mundū cū magna claritate: et esse inter uirginē matrem et Ioseph. Et uoluit poni inter bouē et asinū: angelis cantantibus: Gloria in excelsis deo. Hō opus figuratur quando sacerdos induitur uestibus sacris/ exiit sacristiā inter diaconē et subdiaconē figurantes uirginem et Ioseph. Acholici uero figurant bouem et asinū. Et chorus cantat Gloria in excelsis ut angeli. Et pulsantur campane: et sacerdos exiit letē ostendēs q. christus sine miseria matris exiuit uerū uirginis ornatus tanq. sponsus in die nuptiarum. ps. In sole posuit tabernaculū suū. i. uirginē matrem in puritate. Et ipse tanq. sponsus scz optime ornatus/ pcedēs de thalamo suo

¶ Tertium opus christi mirabile fuit: quādo octavo die voluit circumcidi que circumcisio dabat p̄ra peccati. Ideo est mirabile: quia voluit circumcidi cum nullū haberet peccatū quia sicut latroni amouent aures in signū furti: ita dabat circumcisio in signū furti. Ade. in q̄ licet c̄bis nō fuerit particeps: tñ sicut p̄ctōr voluit humiliari ad recipiēdum circumcisio. Hoc opus figurat et reſpresentat a sacerdote qñ humiliat coraz altari dicit p̄fessionem ostendēs se peccator: et deponit gramale in quo figurat a mortio seu depositio illi pellicule c̄bi r̄c. Et fuit verificatū verbum apli dicentis. Hic est deus filii sui in similitudinē carnis peccati. Ro. viij. Non dicit in carne peccati: sed in similitu. carnis peccati: ad insinuationem q̄ habuit veraz carnē: sed nō carnem peccati r̄c. ¶ Quartū opus christi: quando ab oriente p̄duxit tres reges: vt eum adorarent offerentes ei aurū: thubus: et myrrham. Hoc opus figurat a sacerdote: quādo coram altari inclinatur dicens. Aufer a nobis cunctas iniquitates nostras: vt ad sancta sanctorū puris mereamur mentibz introire. Altare representat c̄m. Sacerdos: diaconus: et subdiaconus: representat tres reges. Et primo offertur thubus deuote orationis di. Aufer a nobis dñe r̄c. Secūdo aurū reuerende adoratiouis. Tertio myrrha signādo se signo crucis in memoriā christi amare passionis: quasi di. Memoria memor ero et tabescit in me ania mea. Thub. iij. ¶ Quintū opus fuit: quando in tēplo voluit p̄sentari a virgine matre et in p̄spectu oim a sancto Simeone et Anna p̄phetissa comedari et laudari. Hoc representat a sacerdote qñ in cornu altaris dicitur Introitus. vbi congregant omnes ministris: sicut plus congregabat in p̄sentatiōe christi. Et sicut Simeon fecit vnā cantilenā quattuor columbarū di. Nunc dimittis seruū tuum dñe r̄c. Sic sacerdos tūc dicit quattuor. Primo introitū. Secūdo Kyrieleison. Tertio gloria. Quarto orationes. ¶ Sextū opus fuit fuga egypti: timore herodis vbi fuit septem annis: quasi exilium cum virgine Maria et Ioseph nutritio. Istud opus representat: quādo dicit epla q̄ sacerdos recedit de altari cum diacono et acolitis: et vadit sedere ad presbyteriū.

Et ibi facit septē. Primo dicit eplaz. s̄cdo responsoriū. tertio alleluya. quarto psalm. quinto ibi ministrat in calice materia sacriſicii. sexto benedicit incensum p̄ euāgelio. septimo dat benedictionē diacono euāgelium dicuro. ¶ Septimū opus fuit reſuersio de egypto: et post quando fuit duobz decim ānoz remāsit solus in tēplo perditus a matre. Hoc representat in sacerdotere: quādo de presbyterio reuertit ad altare: vbi remanet solus qñ dicit euāgelium: et audit euāgelium: vt christus audiebat doctorēs legis. Deinde dicto euāgelio venit ad sacerdotē diaconus et subdiaconus: quēadmodum venerit ad christū virgo et Ioseph ipsum p̄quirendo. ¶ Octauum opus fuit: quia seruebat in domo matris dicit Lucas: q̄ erat subditus illis: scz virginī matri et Ioseph: qz filius hominū non venit ministrari: sed ministrare: qz vt dicit Rico. de lira. etiaz iuuabat Ioseph ad seruendū. Hoc seruitiū figurat a sacerdote: quādo dicto Credo et offertorio ministrat calicem ipsum offerendo dicens. Suscipe sancta trinitas hanc oblationē r̄c. ¶ Nonū opus fuit: quādo venit ad baptisimū Ioan. licet non indigeret sicut nec circumcisio. qz purus erat et sanctissim⁹ sed ad dandū exemplū nobis. Hoc signat a sacerdote qñ dicit. Lauabo inter innocentes manus meas et lauat digitos: nō q̄ tā nō sit locus: sed representat baptisimū christi in hoc. ¶ Decimū opus est: quando post baptisimū imediate intrauit desertū et sequinavit. xl. diebus et xl. noctibus. Matt. iij. et Mar. i. Et tunc orabat p̄ nobis secrete. Hoc figuratur a sacerdote: quando post Lauabo inclinatur p̄funde in medio altaris dicens. In spiritu humilitatis r̄c. Deinde vertit se ad populū dicens. Orate fratres r̄c. Innuens q̄ illa oratio dirigit ad populū: et dicunt secrete sicut christus secrete et solus orauit: et debet tunc sacerdos ieiunare abstinendo ab omni mundaia cogitatione. ¶ Undecimū opus fuit: quando post ieiunium et orationē secretā christus incepit alta voce predicare: quia ante non predicauerat publice: sed post ieiunium cepit Iesus predicare. s. fidem euāgelicā et correctionē peccatorū. Et sicut ipse p̄dicabat ore: sic faciebat opere. Act.

## In festo corporis christi

**I.** Lepit Iesus facere et docere. Opus fuit magne humilitatis: ac si rex faceret ordinationes quas ipsemet preconizando pmulgaret: vt maior fides daret: ita fecit christus. Hoc opus figurat a sacerdote: quando alta voce cantando et eleuatis manibus incipit prefationem: in eleuatione manuum ostendit: quod christus non solum verbo: sed etiam opere predicabat. **¶** Duodecimum opus fuit: miracula magna que faciebat ad confirmationem doctrine quam predicabat: cecos illuminando: infirmos curando: leprosos mundando: mortuos suscitando etc. Hoc figurat a sacerdote: quando dicta prefatione dicit, Sanctus sanctus sanctus: et dicit sanctus: et semel dominus deus ostendens: quod miracula christi fiebant virtute trinitatis et vnus deus. **¶** Decimum tertium opus fuit: quando tempore passionis instante cum discipulis suis fecit cenam: in qua secrete fecit magnam sermonem apostolicis: que nos vocamus testamentum: et Iohannes ipse scripsit. Hoc opus figurat in missa: quando sacerdos secrete solis ministris audientibus dicit, Te igitur clementissime pater etc. **¶** Decimum quartum opus fuit: quando post cenam cum discipulis exiit in hortum vbi orauit ter dicens, Pater si possibile est transfer a me calicem hunc et factus est sudor eius: sicut gutte sanguinis decurrentis in terram. Et angelus domini confortauit eum: vt seruus animam dominum suum bellum ingressurus. Istud opus trine orationis figuratur in missa: quando in canone iuxta consecrationem sacerdos facit tres cruces dum dicit Benedicta/ascriptra/raram/rationabiles etc. **¶** Decimum quintum opus fuit: quando facta oratione venit multitudo iudeorum ad hortum: ad capiendum christum: et ducendum eorum iudicibus vbi fuit sententia: vt crucifigeretur: qui non appellauit: sed baiulans sibi crucem exiit in eum: qui dicit caluarie locus. Hoc figuratur in missa: quando sacerdos recipit hostiam et dicit, Qui pridie pro patere etc. Et facit signum crucis significans sententiam crucifixionis christi. **¶** Decimum sextum opus fuit executio ipsius crucifixionis. Dicatur practice, Hoc figuratur in missa: quando a sacerdote eleuatur hostia consecrata: non cum vna sola manu: sed cum

duabus: quod inter duos latrones crucifixus est. Et hoc figurat per duas manus: inter quas eleuatur corpus christi. Hostia figurat corpus christi album: quia sine sanguine. Deinde eleuat calicem in quo repleto sentat: quod christus obrulit deo patri etc. sancti: in precium nostre redemptionis.

**¶** Decimum septimum opus fuit: quia etiam istens in cruce non cessauit orare dei, Hely hely etc. Dicit Hieronymus quod christus in cruce dixit hunc. ps. Deus deus meus respice in me: cum sequentibus. vsq; ad illam vespum. In manus tuas domine commendo spiritum meum: et sic dixit centum quinquaginta plus ad commendationem psalterij. vbi sunt centum quinquaginta psalmi. Recurabat de oblocutionibus: et derisionibus iudeorum. Nam aliqui dicebant, Si rex israel es etc. Alij. Alios saluos fecit etc. Alij. Vab qui destruis etc. Ipse autem semper continuauit suam orationem secrete et submisse. Hoc figuratur in missa: quando sacerdos post corpus christi eleuationem dicit, Vni et memores domine. cum manibus in modum crucis apertis et cum silentio etc.

**¶** Decimum octauum opus: quia non solum voluit habere quatuor vulnera manuum. et pedum: sed etiam voluit habere latus per foratuz et habere quinq; plagas principales. Hoc figurat in missa: quando sacerdos facit quinq; cruces dicendo, Per ipsum et cum ipso et in ipso est etc. **¶** Decimum nonum opus fuit: quando in cruce alta voce dicit septem verba. Primum fuit rogando per crucifixos dicens, Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt. Secundum fuit quando respondens latroni dixit, Amen dico tibi: quia hodie mecum eris in paradiso. Tertium fuit: quando dixit virgini matri que stabat iuxta crucem plena sanguine filij que quasi moriebat pro dolore. Mulier ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo, Ecce mater tua. Quartum fuit: quando dixit deo patri, Hely hely etc. Quintum: quia perdidit totum sanguinem dicit, Sicutio. Sextum consummatum est. Septimum: Pater in manus tuas etc. Et inclinatio capite: quasi reciperet congeriuz a matre videns. Pater ad deum sitis: expirauit. Hoc figurat in missa: quando sacerdos alta voce dicit, Pater noster qui es in celis: in quo

continent septem petitiones. Dic illas.

**¶** Vicesimum opus fuit: quando in morte humanitas fuit diuisa in tres partes. scilicet in animam que recessit. In corpus quod in cruce remansit. Et in sanguine qui ad pedem crucis effusus fuit. Hoc figuratur in missa: quando sacerdos in tres partes hostiam diuidit. Diuinitas autem nunquam fuit diuisa: nec ab aliqua parte separata: imo semper cum anima corpore et sanguine fuit diuinitas. Sicut si ego diuiderem ad radium solis unum frustum crystalli. Licet enim crystallus diuidatur: radius tamen solis non diuiditur nec separatur: imo claritas solis semper remanet cum qualibet parte crystalli diuisa. Idem de claritate diuinitatis: que totam christi humanitatem replebat: quam humanitate diuisa in tres partes diuinitas remansit cum quolibet parte.

**¶** Vicesimum primum opus fuit: quando multos conuertit in sua passione. Primo latronem dei. Deum memeto mei etc. Secundo centurionem quando dixit. Vere filius dei erat iste. Tertio totum populum comunem et simplices. Dicit beatus Lucas. Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud: et videbant que fiebant percussiones pectora sua reuertebant. Luce. xxij. Tres ergo conditiones gentium tunc conuertit. Hoc figuratur in missa cum dicitur ter. Agnus dei etc. In quibus petimus remissionem peccatorum: ut parcat nobis si cui pepercit illis percussio pectus. In tertio autem agnus dei petimus pacem.

**¶** Vicesimum secundum opus fuit: quando post eius mortem anima non statim ascendit in celum: cum potuisset ascendere si voluisset: sed ex humilitate voluit descendere ad inferos: et dare gloriam sanctis patribus: et inde eos voluit extrahere et liberare. Hoc opus figuratur in missa: quando sacerdos dicto Agnus dei: permittit descendere partem hostie in calicem que inebriatur sanguine: sicut sancti patres fuerunt inebriati gloria diuine visionis. **¶** Vicesimum tertium opus: quando deposito christi corpore de cruce per Ioseph ab Arimathea et Nicodemum: virgo Maria ipsam recepit de osculans et contempnans: et flens dicebat. O porte paradisi etc. et sancte mulieres stultul flebant etc. Hoc figuratur in missa: quando sacerdos tenet corpus christi in mani-

bus dicendo orationem. Domine Iesu christe.

**¶** Vicesimum quartum opus fuit: quando voluit sepeliri in monumento nouo linteamine inuolutus: cum myrris et aloë etc. Hoc figuratur in missa: quando sacerdos communiat. Corpus enim sacerdotis monumentum est christi. Debet ergo esse nouum et mundum a luxuria et corruptione. Et creditur etiam quod sanguis christi effusus: iuxta crucem etiam fuit positus in monumento: quod figuratur quando sanguis christi sumitur a sacerdote: propter quod corpus sacerdotis sanctius est illo monumento lapideo: et irrationabili: et insensibili: in quo fuit positus corpus christi mortuum et inuolutum sine anima: et sine sanguine. Sed sacerdos sumit corpus christi non mortuum sed viuum: impassibile et immortale: cum sanguine et cum anima. **¶** Vicesimum quintum opus fuit: eius gloriosa resurrectio de morte ad vitam gloriosam et immortalem. Hoc figuratur in missa quando sacerdos de medio altaris vadit ad angulum dextrum: per quod significatur vita beata. **¶** Cant. ij. Leua eius sub capite meo: et dextera illius amplexabitur me: in qua vitam beatam christus tunc transit per gloriam corporis gloriosi quod tamen assumpsit: quia gloriam anime ab instanti conceptionis habuit etc. Et diaconus inuenit corpale vacui: sicut linteamina in christi monumento vacua fuerunt inuenta.

**¶** Vicesimum sextum opus fuit: quando post resurrectionem. Primo voluit apparere virgini matri: deinde marie Magdalenae et Petro et ultimo alijs apostolis. Hoc representatur in missa: quando sacerdos dicente comunione vertit se ad populum dicens. Dominus vobiscum: sicut christus dixit: pax vobis/ consolando matrem et alios etc.

**¶** Vicesimum septimum opus fuit: quando omnibus apostolis simul congregatis apparuit dixit. Pax vobis. Hoc figuratur: quando sacerdos de cornu altaris redit in medium: et vertit se ad populum dicens. Dominus vobiscum. **¶** Vicesimum octauum opus fuit: quando debuit in celum ascendere dixit discipulis suis. Euntes in mundum vniuersum predicare euangelium omni creature etc. Hoc figuratur quando dicit. Ire missa est.

**¶** Vicesimum nonum opus fuit: quando dedit potestatem Petro apostolo vicario suo dicens. Pasci oves meas. Et illi ovis quas

## In festo corporis christi

do dicit. Accipe spiritum sanctum quorum remissionem peccata remittuntur eis etc. Hoc opus figurat: quando sacerdos inclinando se in medio altaris dicit. Placeat tibi sancta trinitas etc. et humiliter se profunde figurans: quod tunc posse super excellentissimum. scilicet remittere peccata deo deest infimis creaturis. Quis enim potest peccata remittere nisi solus deus. Mat. xx. Tricesimum et ultimum opus fuit: quando de monte oliueti existentibus ibi virgine maria/apostolis et discipulis/elevatis manibus ferebat in celum et benedixit eis. Lu. xlii. et Act. i. Et sic reuersus est ad celum. Hoc figurat in missa: quando sacerdos dicit missa eleuata manu benedicit populo dicens. Benedictio dei omnipotentis patris etc. et reuertitur ad sacrificium: ergo Hoc facite in memoriam commemorationem. Amen.

De corpore christi Ser. XCII

**E**go accepi a

domino quod et tradidi vobis. j. Coz. xi. Pro huius verbi declaratione et materie introductione est notandum quod quicquid credimus corde/quicquid loquimur ore de hoc sacramento mirabili: debet esse fundamentum in scriptura et non in philosophia naturali. Ratio est propter altitudinem huius sacramenti et subtilitatem transcendentem omnem intellectum naturalem et scientiam philosophicalem et potentiam naturalem: sicut qui vellet numerare numerum arenarum: vel quod palmi sunt hinc usque ad celum: et quantum est lata terra: impossibile est: iuxta illud. Altitudinem celi et latitudinem terre et profundum abyssi quis dimensurus est. Eccl. i. Ideo dicit scriptura. Altiora te ne quaeris et fortiora te non scrutaberis: sed que precepit tibi deus illa cogita semper Eccl. i. Nota. Altiora te ne quaeris: supple intellectu naturali. Et fortiora te non scrutaberis: supple scientia philosophicam: que precepit tibi deus. scilicet in sacra scriptura/que est os eius habens duos labia: scilicet duo testamenta. Superius immobilitate est nouum: inferius est vetus. Pro quocumque dicit vobis de hoc sacramento non accepi ab Aristotele vel Platone/nec a Philo-

gilio etc. sed a domino: scilicet in sacra scriptura. Ideo dicit thema. Ego accepi a domino. Pro fundamento sermonis: oritur theologicis questionibus.

Queritur. Vtrum sacerdos peccet mortaliter qui scienter dat sacramentum altaribus existentibus in peccato mortali: Arguitur quod sicut mortaliter peccaret medicus qui scienter daret medicinam infirmo qua esset interficiendus. Ergo cum grauius sit mors spiritualis quam corporalis. Multo fortius sacerdos mortaliter peccat dando sacramentum illi quem scit esse in peccato mortali: quia talis recipiendo hoc sacramentum mortaliter peccat. In oppositum habetur de consecratione. dist. ii. Non prohibetur dispensator: scilicet sacerdos pinguis terre: id est peccatores ad mensam domini manducare: scilicet accipere corpus christi: et christus enim dedit Iude quem sciebat esse in peccato mortali: et christus non peccauit: ergo sacerdos non peccat dando corpus christi existente in peccato mortali: et sic questio manet pro utraque parte dubia. Ad questionem respondendum est secundum Richardum super. iiij. sententiarum. dist. ix. ar. iiij. q. j. quod ille quem sacerdos scit esse in peccato mortali: aut non petit eucharistiam peccaret: quod habet casum legitimum sibi dari: et tunc sacerdos dando peccaret. aut petit: et tunc distinguitur: quia aut suum peccatum mortale est occultum: aut manifestum: si manifestum: tunc sacerdos sibi dando eucharistiam peccaret: quia legitimum contra ipsum habet excusationem vel exceptionem quam sibi publice obijcere potest: et accipio hic manifestum non pro omni eo quod probari potest: quod magis proprie dicitur manifestabile: quam manifestum. Unde si sacerdos sciret parochianum suum esse in crimine: quod legitime contra ipsum posset probari. Ita quod illud crimen nesciret cum ipso nisi duo vel tres testes per quos hec probare posset: non propter hoc deberet eucharistiam negare illi in publico perenti: quia iam inferret sibi penam ante criminis probationem quod fieri non debet. xx. questione iij. eorum qui. Sic accipio hic manifestum: pronotio. Est autem peccatum notorium: vel per scientiam: vel per confessionem factam in iure: aut euentum rei quod ergo et